

zwischen der „missa s. Lantperti und Pauli diac. vita Mariae Aegypt.“ von einer Hand des 11. Jahrhunderts eine „visio Hesdrae“ geschrieben steht. Schiffmann teilt über ihren Inhalt nichts weiter mit, und ich selbst habe wegen der Pensa, die ich für die Berliner und Wiener Kirchenväterausgabe zu leisten habe, nicht Zeit, der Sache weiter nachzugehen. Aber eine Aufgabe, die einmal gelöst werden muß, ist es, zu untersuchen, ob der Linzer Kodex eine zweite Handschrift der von Mercati entdeckten Apokalypse oder ob er ein neuer Zeuge für den Text eines der anderen schon bekannten, dem Esra beigelegten wichtigen Pseudepigrapha ist, beziehungsweise was es mit diesem Hesdra überhaupt für eine Bewandnis hat.

---

## 2.

**Sechs Briefe aus der Reformationszeit.**

Mitgeteilt

von

**Otto Clemen** (Zwickau).

---

Im zweiten Hefte meiner „Beiträge zur Reformationsgeschichte aus Büchern und Handschriften der Zwickauer Ratsschulbibliothek“ (Berlin 1902) habe ich aus den in der genannten Bibliothek aufbewahrten Briefen Johann Friedrich Hekels an Christian Daum die Nachrichten über den mehr als 1500 Nummern zählenden Schatz von Briefen des 16. und 17. Jahrhunderts zusammengestellt, den Hekel einst sein eigen nannte und aus dem er nur eine kleine Auslese als „Manipulus primus epistolarum singularium“ 1695 veröffentlichen konnte. In einer Münchener Handschrift fanden sich noch einige kümmerliche Reste dieses Autographenschatzes in späteren Abschriften. In einer in der „Deutschen Litteraturzeitung“ 1902 Nr. 8 veröffentlichten Besprechung des Heftes hat Herr Professor G. Kawerau die Güte gehabt, mich auf die Gothaer Handschrift B 187 aufmerksam zu machen. Seine Vermutung, daß sich auch dort Reste der Hekelschen Sammlung erhalten haben möchten, hat sich bestätigt. Die, wie mir die Direktion der Herzogl. Bibliothek zu Gotha freundlichst mitgeteilt



hat, sehr wahrscheinlich aus dem Besitze des Johann Christfried Sagittarius in Altenburg stammende Handschrift enthält zwar zum bei weitem größten Teile Lutherbriefe, daneben aber auch schön-geschriebene Kopien aus Hekels Manipulus und wohl von diesem selbst hergestellte, ziemlich flüchtige Abschriften von Briefen teils aus seinem Besitze, teils aus der Zwickauer Ratschulbibliothek. Ein Inhaltsverzeichnis dieses Anhangs sei hier angefügt:

fol. 276<sup>a</sup>: Spalatin an Stephan Roth, 21. April 1538: Original Zwickau N 23.

fol. 276<sup>b</sup>: do. 27. Januar 1538: N 22.

do. 5. März 1538: N 27.

do. 22. Februar 1535: N 26.

do. 30. Januar 1538: N 25.

fol. 277<sup>a</sup>: do. 20. April 1538: N 24.

Münzer an Hausmann s. u. Nr. 4.

fol. 277<sup>b</sup>: Erlafs Bischofs Philipp von Freisingen-Naumburg zur Ablieferung lutherischer Schriften, 10. März 1521.

fol. 278<sup>b</sup>: Hausmann an Roth, 27. November 1523: [J. G. Weller,] Altes aus allen Teilen der Geschichte I (Chemnitz 1762), S. 731 f.

fol. 279<sup>a</sup>: do. 10. Dezember 1523: Original N 71, abgedruckt bei O. G. Schmidt, Nikolaus Hausmann (Leipzig 1860), S. 88.

do. 11. Dezember 1523: Weimarer Lutherausg. XII, 198.

fol. 279<sup>b</sup>: Excerpte aus Briefen Adam Sibers, Thomas Naogeorgs, Gregor Haloanders, Valentin Hertels, Georg Agricolas: Originale in der Zwickauer Ratsschulbibliothek.

fol. 280<sup>b</sup>: Hausmann an Roth, 2. Januar 1524: N 72.

fol. 281<sup>a</sup>: Bugenhagen an Hausmann und Roth, 5. Dezember 1529: B 189. Vogt, Dr. Johannes Bugenhagens Briefwechsel (Stettin 1888), S. 89 und dazu die Korrekturen bei Buchwald, Zur Wittenberger Stadt- und Universitätsgeschichte in der Reformationszeit (Leipzig 1893), S. IX, Anm. 4.

fol. 281<sup>b</sup>: Excerpte aus Briefen Georg Rörers an Roth: Originale in der Zwickauer Ratsschulbibliothek.

fol. 285<sup>a</sup>: Spalatin an Roth, 2. März 1544: Kolde, Analecta Lutherana (Gotha 1883), p. 397sq.

do. 20. August 1543. Später in Roths Briefwechsel zu veröffentlichen.

fol. 285<sup>b</sup>: Luther an Spalatin, (nach 24. Dezember) 1524: Enders V, 88f. <sup>1</sup>

Luther an Jonas, 7. Juni 1536: de Wette V, 3f.

1) Die Lücken in diesem Briefe lassen sich nach dieser Abschrift auch nicht ausfüllen. Nur Z. 17 hat unser Kopist nach „monasterii“ noch „tantam copiam“ lesen können.



fol. 286<sup>a</sup>: Brenz an Spalatin, 15. April 1532: Pressel, Anecdota Brentiana (Tübingen 1868), S. 121f.

fol. 287<sup>b</sup>: Franz Burkhardt an Spalatin, 3. März 1537: Kolde S. 300f.

fol. 288<sup>a</sup>: Pirkheimer s. u. Nr. 1

Crocus s. u. Nr. 2.

fol. 288<sup>b</sup>: Menius s. u. Nr. 6.

fol. 289<sup>a</sup>: Lambert von Avignon s. u. Nr. 5.

fol. 289<sup>b</sup>: Gerbel s. u. Nr. 3.

## 1.

Venerando ac praestanti viro Georgio Spalatino  
Amico suo amando S

Fuit mihi gratum, Georgi optime et amicissime, literas tuas aliquando videre. quo pacto enim illius scripta, cui omnia mea grata sunt, mihi quam grata esse non possent? Caeterum, quantum ad Plutarchi attinet editionem<sup>1</sup>, scias, ni amicorum importunitate impulsus fuisset, minime libellum illum publicassem, ne ineptias meas, quas tute abscondere potuissem, temerarie divulgarem. mihi itaque parcendum, illis vero imputandum erit, si quid minus recte se habet. Quid ingeniperda lues (nam novis verbis cum monstris, qui [!] quotidie novi aliquid excogitant, agendum est) cum doctissimo ac optimo nostro Reye-leyn<sup>2</sup> egerit, adhuc ignoro. propediem tamen intelligam. non enim solum ab istis theologastris, sed a quibusdam aliis invidis non parum urgetur. utinam fames leonis ac draconis evitet! Vale, mi Georgi, et me, ut semper fecisti, ama! Nam tuus sum et semper ero. Ex Nurenberga 25 octobris 1513.

Tuus Bilibaldus Pirckheymerus.

## 2.

Humaniss. et Eruditiss. Sacerdoti et Philosopho  
N. Spalatino amico venerando.

R.<sup>3</sup> Crocus Lond.<sup>4</sup> Spalatino suo S.

Dici non potest, quam ferebam egre tam cito a nobis discessisse te cum ob multa alia, quae praesens tecum fuisset

1) Gemeint ist die Übersetzung von Plutarchs „De sera numinis vindicta“. Das Vorwort vom 1. Juni 1513 an Charitas P. ist abgedruckt bei Goldast. Bilibaldi Pirckheimeri opera 1610, p. 230. Vgl. auch Fr. Roth, Wilibald Pirckheimer (Halle 1887), S. 9.

2) Der fünfte Buchstabe ist unlesbar korrigiert.

3) Der Abschreiber bemerkt: „Rubianus“. Und damit erklärt sich die seltsame Angabe: „Chr. Mutianus aber ist ein gelährter Angeländer gewesen“ in Hekels Brief vom 14. Juli 1680 bei Clemen S. 99 unten.

4) Der Abschreiber bemerkt: „Lindino vel Londinensis, nam Anglus fuit.“



acturus, tum ob librum nostrum, cuius te latorem et commendatorem apud Illustrissimum Principem vereor ne sim desyderaturus. Quamvis, ut de Domino Pfeffingero bene sperem, facit [!] humanissimi et literatissimi mores, quibus inter alloquendum me adeo sibi devicit [!], ut nihil plane a se crocus putet alienum quam generosissimo et humanissimo equiti posset gratificari. Tu quibus oculis et quo animo pusillum munus exceperit inclitissimus dux Fridericus, per hunc meum hospitem salutes <sup>1</sup>. Postremo, ut ingenue fateare, quae displiceant docto Simlero <sup>2</sup> illustrissimi Principis Palatini didascalo nostrae ineptiae, quorum utrumque salutarem, nisi vererer parum modeste factum videri posse, si peregrinus Principem indigenam et ut doctrina excellentissimum ita natalibus multo nobilissimum salutarem, imo ineptis et immaturis literis offenderem. Vale lunae penthecostes Lipsk insidente equo nuncio.

Tuus Crocus <sup>3</sup>.

3.

Viro laude multa variaque celeberrimo Georgio Spalatino Christianiss. Friderici Saxonum Principis a sacris, amico summo καὶ τῷ ἀδελφῷ, Nicolaus Gerbellius <sup>4</sup> S. in Christo Jesu crucifixo.

Nemo eorum, qui a te ad nos venire solent, non omni laude et honore persequitur humanitatem tuam, suavitatem, morum candorem, doctrinam, summa omnia. Quae tametsi explorata perspectaque mihi fuerunt abunde, satis incredibili tamen fide obfirmarunt literae tuae supra quam dici potest elegantes et candidae. Quibus adeo sum oblectatus, ut ver hoc novum minus floreat quam nunc viret vigetque animus meus. O quoties ineptus ego scribere tibi, conuenire te inque multam noctem protrahere tecum sermones ex animo cupivi! Quoties ego audire me finxi disserentem te de studiis nostris, de communibus amicis deque virtutum omnium principe viro M. Luthero, materiam tam inanium cogitationum praebentibus Thoma atque Scoto! Jam vero postquam advenisse Lutherum constans undique fama divulgavit <sup>5</sup>, incredibile dictu est, quam

1) Der Abschreiber bemerkt: „scribes forte voluit ponere, sed ob festinationem hoc irrepsit vocabulum. data haec epistola circa 1519.“ — Dagegen Anm. 3.

2) Allgemeine Deutsche Biographie XXXIV, 350—352.

3) Crocus weilte von Anfang 1515 bis Frühjahr 1517 in Leipzig: Fel. Gef's im Neuen Archiv f. sächs. Gesch. XVI, 55 u. 57. Seine Briefe und Schriften verzeichnet Seidemann, Beiträge zur Reformationsgesch. I (1846), S. 17 ff. Anm. 1.

4) Enders III, 155 Anm. 1.

5) Vgl. dagegen den Anfang des am 18. Mai an Luther geschriebenen Briefes Gerbels: Enders S. 159.



cupiam ardenti studio videre hominem singulari sapientia et sanctitate praeditum, virum, inquam, cui ob virtutem et morum probitatem etiam inimici cedere solent. Nec minori spe ducor Philippum meum, quocum mihi iam diu solennis est necessitudo, cum Luthero velut inseparabili laborum eius comite advolasse, cuius ego os atque oculos adeo impense videre desydero, ut omnes omnium epulae vinumque, delitium meum, castissima coniux, eviluerit prope modum mihi prae hominis istius desyderio. O terram illam beatam, quae viros illos iuxta innocentes atque doctos hospitio exceperit! O vere felicem Spalatinum, qui ab illorum sedulus ore pendet! Mi Spalatine, vel unam admirabilis illius gaudij mihi guttam mecum communica vel saltem quantum potes iis me diligentissime commenda! At praecipue Luthero. Ob cuius ego nomen prae magna laborare invidia cepi apud sacrificulos nostros, qui prius me singulari benivolentia et honore persequebantur. Commendo tibi Lucam Bathodium<sup>1</sup> virum integrum et studiosissimum mei. In hunc quicquid humanitatis, candoris, benivolentiae contuleris, in me collocatum esse crede. Quicquid fecerit dixeritque Lutherus, totum in literas redige, ut habeamus scilicet soluto principum consessu, quo oblectemur, quotquot ob Evangelium filii dei, ob nomen Lutheri vere Apostolici viri pessime audimus. Iterum te admoneo, sed amanter, ut me Luthero principique tuo quam potes diligentissime commendes. Vive atque vale, mi Spalatine! Argentor. MDXXI. VIII Kl. Junij. [25. Mai].

## 4.

Thomas Munzer, Servus Electorum Dei, Venerabili et morigerato Domino Nicolao Hausmann, animarum Pastori in Zwickau, Jena.

Per Jacobum Lapidam<sup>2</sup> me salutasti exquirens conditionem meam, indicasti, si suasui tuo morem gessissem, non evenissent meo capiti pericula tanta. Charissime, docuit me aequitas mandatorum Dei, in qua currens dirigo gressus meos secundum eloquium Dei. Quod modestiam docet Spiritus, non carnis, quae omnibus hominibus electis Dei in candelabro pateat veritatis, quae etiam modestissimo servo Eliae Prophetae non sit contraria, ubi (exceptis 150 sacerdotibus) mille interfecit vates Baalim; tunc enim maxime modestus fuit, quoniam carnalibus videbatur furibundus. Ideo Paulus seipsum exponit: si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem<sup>3</sup>. audivi autem te velle non solum sacerdotibus, sed etiam senatui et magnatibus potissimum placere post-

1) Enders S. 161 Anm. 6.

2) Unbekannt.

3) Gal. 1, 10.



posita turba. Audiveras Egranum<sup>1</sup> plane blasphemum, tacuisti. In Kirchberga<sup>2</sup> tam absona, quæ gentiles abhominarentur, loquenti non contrariebaris. Rogo, dignissime frater, ne taceas super Syon neve blandire [!] nec tanta mendacia sustineas, sicut in Parrochia tua praesentibus multis civibus tacuisti, cum Egranus, homo maledictus in aeterna tempora, dixit: Ecclesia non habuit Spiritum Sanctum nisi tempore Apostolorum. Debuisses cum corporis et omnium tuarum rerum periculis illam expurgasse blasphemiam. nosti canum mutorum<sup>3</sup> poenam. cave easdem! si enim tacueris et praetextum sanctimoniae ementitus fueris, partes tuas non firmabo, nisi totum spirent cruxifixum, quem nullus in aevum praedicare poterit discipulus erigens se super Magistrum. Quare me ad tui praesentiam non citasti? Aequum iudicium tulisses, si mens convertendi populi tibi sana fuisset. Non me ad Parrochiam gressurum sciveras, nam noctibus atque diebus in ea mihi praeparabantur insidiae, quæ tandem eruperant coram. Scias, scias, dulcissime frater, me nihil aliud desyderare nisi persecutionem meam, donec omnes lucrentur per me convertendi. Demum cognoscito me Bohemiam visitasse<sup>4</sup> non ob gloriolam meam, non pecuniarum ardorem, sed spe futurae necis meae. his volo, ne mysterium crucis per me praedicatum extirpari possit. Si tu vel emulus meus Zeudelerius<sup>5</sup> volueritis explantare surculos verbi per me rigatos, scitote pueros et vetulas vos confusuros. Est enim impossibile verbum Dei vacuum reverti. Et idipsum non vult hominum magisterio dirigi nec adumbrari capitis consilij intentatorum effeminatorumque. Iam est tempus Antichristi, ut manifestissime patet Math. 24<sup>6</sup>: Cum Evangelium regni in universo orbe praedicandum Dominus insinuat, Tunc videnda est abhominatio desolationis. Sed non sunt credituri reprobi, sicut in diebus Noe flocci pendebant. Errant omnes, qui papam superiorem Antichristum dicunt. Ipse enim verus preco eiusdem est, sed quarta bestia dominabitur universae terrae et regnum eius maius omnibus erit. Impeditus has scripsi litteras. Vale! Anno domini 1521 ipso die S. Viti et Modesti [15. Juni]<sup>7</sup>.

1) Vgl. über ihn Clemen, Mitteilungen des Altertumsvereins zu Zwickau VI, 1—39; VII, 1—32.

2) Stadt bei Zwickau.

3) Jes. 56, 10.

4) Danach scheint also Münzer gleich nach seiner Vertreibung aus Zwickau (16. April 1521) nach Böhmen, dann nach Thüringen, dann wieder nach Böhmen gegangen zu sein, wo er am 1. November in Prag jenen Aufruf anschlagen ließ: Seidemann, Thomas Münzer (1842), S. 17.

5) Mitteilungen VI, 22.

6) Vers 14 f. 37 ff.

7) Vgl. Seidemann a. a. O. und S. 122, Beil. 13.



## 5.

Venerabili in Christo suo D. Georgio Spalatino apud Illustriss. Saxoniae ducem Fridericum Evangelistae aulico, suo Patrono cum primis observando.

Christi gratia et pax! Nostras ad Regis Danorum <sup>1</sup> à secretis literas ad te pervenisse gaudeo, tametsi illas ad te haudquaquam misi. Nimirum timui praestantiae tuae omnium occupatissimae esse molestiorem. Nunc dum illas iam adcepisti, haud secus mihi est atque easdem iam ille adcepisset. Dominos apud dictum regem amicos habeo, quorum unus à me nonnulla expostulat. Utque certior sis, vide in literis, quas inclusas reperisti, quid tecum tractent. Has dum legeris, iterum easdem remittere placeat. Etenim illa ex causa carere nollem. denique arbitror, quod ob occupationes tuas literas meas legere non valueris. Nam scripsi, quod Lucam tuum <sup>2</sup> mox, ut corregero, tibi mittam secundum verbum tuum typis augustensibus excudendum, et de eo scribis: poteris permittere cuicumque voles excudendum. summe opto praestantiae tuae in omnibus gratificari et te ceteris omnibus anteposuerim, ut, quod iubes, fiat. Urgebam in alia epistola, quod cuperem perficere tractatum de ministerio Ad illustriss. Sabaud. ducem <sup>3</sup>, ut ablato per verbum dei scandalo possim ad eos et securius et utilius proficisci. Forsan enim (Deo providente) futurum est, ut ab eodem optimo principe vocer. Breviter, nihil te inconsulto fiet. Autumo, quod sim cantica inchoaturus ad proximam feriam secundam [26. Okt.]. Pauca enim, quae e Luca supersunt, diebus festis explebo <sup>4</sup>. Quippe lectionis huius me tedet, quod iam publice bis lecta sit et novissime a Johanne Islebio <sup>5</sup>, quem et iam, qui nostras adnotationes colligunt, audierunt. Impeditiv quoque me plurimum, quod me legente D. Pomeranus interpretatus est Deuteronomium <sup>6</sup>. Aureos sex ab universitate recepi <sup>7</sup>, aut, ut melius loquar, 5 ab universitate et unum ab optimo Jona

1) Christian II. war am 10. Oktober nach Wittenberg gekommen: Enders IV, S. 258 Anm. 1.

2) Lamberts Lukaskolleg interessierte Spalatin sehr. Vgl. dessen Briefe an Roth in Zeitschr. f. Kirchengesch. XXII, 143 f.

3) Karl III. von Savoyen: Enders IV, S. 228 f. Anm. 1.

4) Zeitschr. f. Kirchengesch. XXII, 130 f.

5) Roths Nachschrift des Lukaskollegs Agricolas steht in Handschrift H 2 der Zwickauer Ratsschulbibliothek, S. 41—114. Am Schlusse: Hic abij in patriam etc. altera post exaltacionis Crucis [15. September] anno 23. Vgl. auch G. Kawerau, Johann Agricola von Eisleben (Berlin 1881), S. 30.

6) Bugenhagens „Annotationes in Deuteronomium et Samuelem prophetam“ erschienen mit Widmung vom 12. Mai 1524 (Hering, Johannes Bugenhagen [Halle 1883], S. 31 f.).

7) Enders IV, 200.



praeposito. Sextum enim adiecit (ut ait) ex his, quae sibi a promotis largita fuere. Pro quibus tibi fideliss. patrono meo non minus gratias ago quam his, a quibus illos recepi. Ora tandem, ut, quod te iubente exorsurus sum per Christi spiritum sincere enarrare, cuius gratia et pax tecum sit [!]. Amen. Wittemb. die Ursulae [21. Okt.] MDXXIII.

Tuus Clientulus Franciscus Lambertus.

## 6.

Viro non minus pio quam docto M. Georgio Spalatino, Ecclesiastae Aldenburgensi, patrono observando.

Gratiam et pacem Dei per Christum! Et ego, mi Spalatine, quid, obsecro, faciam? tene porro compellabo an protinus silesiam? hoc quidem meae aestimationi commodius, illud vero amicitia nostra dignius iudico. Ita mihi omnia mea consilia perturbavit epistola tua, quae sane talis fuit, ut et benevolentiae tuae et eruditioni vel quocunque modo me respondere me [!] posse pene desperarim. Equidem non aliud quam ut vel omnium postremus inter Spalatineos amicos censerer, optavi idque videbar mihi non citra insignem impudentiam apud te semper ambiisse. Tu vero continuo me non solum gravatim admittis, sed et excipis tam amice et comiter, tam honorifice compellas inque eum locum collocas, ut non aliud quam me mihi ipsi ignotissimum facias. Quia vero vera ista mei agnitio simulata quaedam extenuatio, quae saepe non parum admixtum habere ambitionis solet, videri possit, malo hoc, quicquid hoc erroris est, agnoscere quam simplicitatem meam pluribus tibi verbis exponere, maxime quum tuum nimis amore corruptum mihi iudicium videatur. dedo itaque me totum tibi tuoque iudicio mea omnia facile permitto, Cuius autoritate vel cura meum meritum quidvis sum valiturus. Dabo tamen nihilosecius operam interim, ut, quo tuo de me iudicio responderem, non animum et studium, sed vires atque successum mihi defuisse intelligas. Marcellum Regium<sup>1</sup> ut mihi commendasti sic tibi vicissim commendatum habe. Ego si quid in rem vel praesentis vel absentis potero unquam, curabo omnino, ne quid amici officii in me desiderari possit. Tu vale una cum uxore tua feliciter et ora pro nobis. Resalutat te D. Langus. datae die Matthaei apostoli [21. Sept.] 1527.

Haec ubi scribebam, advenit e foro Marcellus significans mihi expositos heic a librariis novos quosdam libellos, inter quos Erasmi de libero arbitrio, sic commentarius ille in hyperaspista promissus<sup>2</sup>,

1) Unbekannt.

2) Der zweite Teil von Erasmus' Hyperaspistes. Melancthon hat ihn am 2. Oktober zum guten Teil, Luther am 27. Oktober noch nicht gelesen: Enders VI, S. 97. 110 u. 104.



item Zwinglii atque Ecolampadii ad Zinckeri <sup>1</sup> de eucharistia libellum responsiones. Justus Menius.

---

1) Der Abschreiber hat dazu bemerkt: „forte“. Wahrscheinlich aber ist „Lutheri“ zu lesen. Gemeint sind die bei Enders VI, S. 74 Anm. 4 u. 5 genannten Schriften. Enders Nr. 1208 ist danach wohl genauer zu datieren: zweite Hälfte vom September 1527.

## 3.

## Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

**Walter Friedensburg.**

(Schluss.) <sup>1</sup>

### IX. Robert Vauchop.

In der Vorbemerkung zu dieser meiner Herausgabe der Briefe der katholischen Gelehrten Deutschlands <sup>2</sup> teilte ich mit, daß ich die auf deutsche Verhältnisse bezüglichen Briefe des Irländers Robert Vauchop in meine Aufgabe einbegriffen habe und seiner Zeit veröffentlichen würde. Inzwischen ist mir aber ein größerer Teil der zu diesem Zweck gesammelten Briefe dadurch vorweggenommen, daß B. Duhr sie in der „Zeitschrift für katholische Theologie“ <sup>3</sup> hat abdrucken lassen. Doch ist eine Reihe einschlägiger Briefe Vauchops Duhrs Aufmerksamkeit entgangen; außerdem hat er bei

---

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470 ff.; Bd. XVIII, S. 106 ff. 233 ff. 420 ff. 596 ff.; Bd. XIX, S. 211 ff. 473 ff.; Bd. XX, S. 59 ff. 242 ff. 500 ff.; Bd. XXI, S. 537 ff.; Bd. XXIII, S. 110 ff. dieser Zeitschrift.

2) Vgl. diese Zeitschrift Bd. XVI, S. 475.

3) B. Duhr, Ungedruckte Briefe des Erzbischofs Dr. Vauchop und seines Gefährten, des Jesuiten P. Claudius Jaius: a. a. O. Jahrg. 1897, S. 593—621.